

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Scena V.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

P H O R M I O

Posse illam extrudi . cedo , nunc porro Phormio  
 Dotem si accipiet , uxor ducenda est domum :  
 Quid fiet ? Ge. enim non ducet . An. noui : ceterum  
 Cum argentum repetent , nostra caussa scilicet  
 In neruom potius ibit . Ge. nihil est Antipho ,  
 Quin male narrando possit deprauarier .  
 Tu id , quod boni est , excerpis : dicis , quod mali est  
 Audi nunc contra iam . si argentum acceperit ,  
 Ducenda est uxor , ut ais : concedo tibi :  
 Spatium quidem tandem apparandis nuptijs ,  
 Vocandi , sacrificandi dabitur paululum :  
 Interea amici , quod polliciti sunt , dabunt : (gas?  
 Id ile istis reddet . A. quã ob rem ? aut quid dicet ? G. ro?  
 Quot res ? postilla monstra euenerunt mihi :  
 Introijt in ædes ater alienus canis .  
 Anguis per impluuium decidit de tegulis :  
 Gallina cecinit : interdixit hariolus ,  
 Haruspex uetuit ante brumam aliquid noui  
 Negocii incipere ; quæ caussa est iustissima .  
 Hæc fient . An. ut modo fiant . Ge. fiet : me uide .  
 Pater exit : abi , dic , esse argentum , Phædriæ .

ACTVS. QVARTI, SCENA V.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

D. Vietus esto inquam : ego curabo , ne quid  
 q uerborum diuint .  
 Hoc temere nunquam amittam ego à me ,  
 quin mihi testes adhibeam ,

CUM

## ACTVS QVINTI SCENA II.

DE MIPHO, GETA.

- D. Os nostrapte culpa facimus, ut malos expe-  
 n diat esse,  
 Dum nimium dici nos bonos studemus & be-  
 nignos.  
 Ita fugias, ne præter casam, aiunt, non ne id satis  
 erat,  
 Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est ultro  
 obiectum ei,  
 Ut sit qui uiuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.  
 Ge. Planissime. De. his nunc præmium est, qui recta pra-  
 ua faciunt.  
 Ge. Verissime. D. ut stultissime quidem illi rem gesserimus.  
 Ge. Modo, ut hoc consilio possiet discedi, ut istam ducat.  
 De. Etiam ne id dubium est? Ge. haud scio hercle, ut homo  
 est, an mutet animum.  
 D. Hem, mutet autem? Ge. nescio: uerum, si forte, dico.  
 De. Ita faciam, ut frater censuit; uxorem huc eiu' adduc-  
 cam,  
 Cũ ista ut loquatur. abi Geta: prænũcia hæc uenturã.  
 Ge. Argentum inuentum est Phædriæ: de iurgio siletur:  
 Promissum est, ne in præsentia hæc hinc habeat: quid  
 nunc porro?  
 Quid fiet? in eodem luto hæsitat: uorsuram soluis  
 Geta: præsens quod fuerat malum, in diem abiit: plas-  
 gæ crescunt,